



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 7. Pontes Romani.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

<p>Ex Por- tâ</p>	}	NOVA AVRELIA, cuius fit mentio in inscriptione; certè non multùm à sequenti dissidebat, vnusque & idem illas curauerat.	
		CORNELIA inter Triumphalem, & Aurelianam Veterem sita.	
A V-	}	AVRELIA VETVS, strata ab Aurelio Cotta anno Urbis 512. vt putat Sigonius: ducta est primùm ad forum vsque Aurelij ad 85. Mil. Pas. Tradit Strabo ad Sabbatios protractam esse ab Æmilio Scauro: Eutropius eam promouet ad Alpes maritimas, Antoninus Arelatensem vsque, & hodie etiam indigenæ vocant <i>lou Camin Aurelian</i> in Prouinciâ.	<p>ÆMILIA SCAV- RI, à <i>Vadis Sabbatis Dertonam</i> vsque protracta prius à <i>Foro Aurelij</i>, ad eadem <i>Vada</i>: sed hoc tantùm loco nomen stratoris seruauit.</p>
R E-			
LIA			

NVM. 7. Pontes Romani.

PONS MILVIUS: *Ponte-mole*, ad hunc pugnans Maxentius in Constantinum oppressus est.

PONS ÆLIUS: *Pont S. Ange*, ab Ælio Hadriano, cui adiacet *Moles Hadriani* dicta *le Chasteau S. Ange*.

PONS VATICANVS, seu TRIUMPHALIS: quia per hunc ingrediebantur Triumphantes: *nullus est*.

PONS IANICVLENSIS, à vicino monte Ianiculo; dictus & PONS RYPTVS, quia diu fractus iacuit; restitutus ab Aurelio dictus est AVRELIVS: *le Pont de Sixte*.

PONS FABRICIVS, nunc *Quatuor capitum* à statua quadriformi.

PONS CÆSTIVS, seu ESQVILINVS: *le Pont S. Barthelemy*.

PONS SENATORIVS, seu PALATINVS: *de Sainte Marie Egyptienne*.

PONS SVBLICIVS, ex trabibus conflatus quas *publicas* Volsci dicunt: deinde ab Æmilio ex lapide, aut ilice, dictusque ÆMILIVS: *non extat*.

NVM. 8. Campi Romani, seu Prata.

CAMPVS MARTIVS, qui fuit olim Tarquiniorum, & Marti sacroratus post Reges eiectos, vnde & accepit nomen: situs erat in-